

Mythologia, Venise, 1567 - V, 17 : De Sole

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[59\] : De Sole](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 17 : De Sole](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 18 : Du Soleil](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 17 : Du Soleil](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 17 : De Sole, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/868>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 162r°-165r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Soleil](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Theocriti enarrator, λίγης δι την την Αδωνίδην, στραγή ἀνθεύει, οὐ μῆτρας. Ιστορία
την την διαδοχην την δημόσιην από την την αρχαίαν την παραπήρην : την την Αδωνίδην,
την την ιστορίαν την δημόσιην. Την την Ελάσσων, γνωστήν την την αρχαίαν την παραπήρην την την Αδωνίδην,
την την αρχαίαν την δημόσιην, την την ιστορίαν την την Αδωνίδην, την την ιστορίαν την την Αδωνίδην,
την την ιστορίαν την την Αδωνίδην. Αιντ enim de Adonide quod mortuus sex men-
ses moratus est in complexu Veneris, quot etiam apud Proserpinam . Hoc
re ipsa ita se habet; quod Adonis frumentum est satum, quod sex menses
degit sub terra; sex menses illum habet Venus, aetis temperies scilicet, ex
quo illum messores colligere cœperunt. Sensit tamen Orpheus in hymno
in Adonium illum esse solem, cum illum rebus omnibus præbere nutrimentum, & esse germinandi autorem dixerit, in his;
10.

Εύσκολα, πολέμωφι, προφέ αγαπτος ἀπίστοι.

απορη, καὶ την, εν την βάθη εἰτι δουτι.

ζητει πατε, λαρυστο τελαινη δι την πατε πατε.

Qui cunctis alimenta refers, prudentia cuius

Plurima; qui vario Ixatris nomine Adoni.

Germinum & idem autor, pariter puer atque puella.

Extincte, atque iterum splendens labentibus horis.

Fixerunt antiqui, qui Adonium solem esse putarunt, illum ab auro hirsuta
& aspera sera iactum, quis aspera sic & hirsuta hyems, per quam solis vires
paucatim deficiunt. ea res est omnino Veneri inimica, quoniam per aeriis
temperiem viget Venus, cum frigus, ut inimicum, naturæ opus non ingredia-
tur. cum sol igitur in signis sex Australibus extiterit per signiferum ince-
dens, brevioresque sunt dies ac longiores noctes, tum dicitur Adonis apud
inferos morari: cum vero signa Borealia longiores dies fecerint, tunc est
apud Venerem, per quem omnis venustas, omnisque nitor artis restituitur.
ea de causa illum ait Orpheus modo esse apud superos, modo apud inferos;

O'ντοι πατε ναίνε την την πατε πατε.

Στην πατε, προπέ θαυματο δι ματε πατε πατε.

Qui modo sub terris habitas, & tartara nigra.

Frugiferumque refers in colum corpus & idem.

30

Ita enim sub his fabularum figmentis vniuersas prope res naturæ antiqui
declararunt, non minus quam Platonici aut Peripatetici: nam si contentio-
nes ex Aristotelis libris eximantur, per breves erunt sententiae, quæ nunc
magnis voluminibus continentur. at nunc de Sole dicamus.

De Sole.

Cap. XVII.

Solem, quem generationis, & omnium prope bonorum autorem Deo ita
iubente habemus, nonnulli ita fabulis implicarunt, ut vix tandem se ex-
plicare aliquando possit. Hunc genitum esse plerique crediderunt; neq;
tamen e quibus parentibus inter se consentiunt, ac enim de una re eodem
modo una est necessaria oratio, neque contraria de eadem re simul veræ esse
vnquam possunt. nemo sanè nasci potest e pluribus parentibus, ut neque
ex eodem diversis temporibus. Hesiodus igitur in Theogonia Thiam Solis,
& Lux & Aurora matrem, patrem Hyperionem fuisse in his scribit;

Οντος την Αλατηνην, λαρυστην πλανην,
ιστη, η πλατηνη ιπιχθυονη φεκην,

51 2 Διατάξη

Mythologiæ

Αἴσαντης θεῖ, τὸν ἡραῖον ἀρπάζειν,
Τίκτειν τούτον οὐδέποτε οὐδέτεν.
Thia parit Solem magnum, Lunamq; nitentem, &
Auroram, quæ fert lucem mortalibus aliam,
Cœlicolisq; Deis cunctis. Hyperionis alia
Semine concepit namque illos Thia decora.

At Homerus in hymno, quem scripsit in Solem, Euryphaesiam matrem suis
se Solis scribit, patrem vero Terræ ac Cœli filium Hyperionē, ut patet ex his;

10

Ἄγε μηδὲ πότε Διὸς τινας ἀρχει μένει
καλλίστη φαῖθετο, τοιούτην φύσινα διέσπει,
Τόπον μέντος πολλοῦ τοιούτου ἀνθρώπου.
Τοῦτο μέρη μερισμάτων μεταλλεύειν τοιούτοις
Αἰτιαστηνέτος ή εἰ τινα καλλίστην τινα,
καὶ τοιούτους, τοιούτους τοιούτους,
τοιούτους μερισμάτων.

Calliope solem Iouis alto è semine nata
Nunc rursus Phaethonta refer: quem diua creauit
Euryphaessa fato Terra, Cœloque micanti.
Frater erat, coniux Hyperion Euryanais
20 Mox fuit; hæc illi peperit dein pignora clara,
Auroram roseam, & præstanti lumine Lunam,
Perpetuoque orbem lustrantem lumine Solem.

Fuit enim Hyperion Terra, &, ut alii putarunt, Cœli, ut alii Titanis filius:
alius fuit Agamemnonis, de quo meminit Paus. in Atticis, qui postremus
regnauit Megaris. Hic cum ceteris Titanibus aduersus Iouis imperium mi-
nime consenitus, sed potius Iouis partes secutus post victoriam curru, &
coronam, & multa alia honoris insignia, & Iouis erga se benevolentia obti-
nuit. Hic, cum Titanis fuisset nepos, Titan & ipse Iepius vocatus est, a poe-
tis, ut testatur Virg. lib. 4.

30

vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem.

Fuerunt soles plures vocati, ut sit Cicero libro 3. de nat. Deorum, quare
non mirum est si aliqua sit de Solis parentibus controuersia; nam de uno
omnia propè dicuntur, quæ gesta sunt à ceteris. Sic autem inquit Cic. Vnde
igitur eorum, qui Soles dicti sunt, è Ioue natus nepos ætheris fuisse dicitur.
Alter Hypertione. Tertius Vulcano Nili filio, cuius rebem Aegyptii vo-
luunt esse eam, quæ Heliopolis appellatur. Quartus is, quem heroicis tem-
poribus Achanto Rhodi peperisse dicitur, aum Lalyb, Camiri, & Lindi.
Quintus, qui Colchis fertur Aeteram & Circe procreauisse. cum vero Sol
40 Deus esse crederetur, omniaque suo lumine illustrata, ac videre Dei lam-
pas dictus est ab Euripide ita in Medea;

πριωτίστη Ι. οὐ
Εἰς οὐνότητα λαρνάς θέτει, Εἰς
νυντιο τίβι
Sire Dei lampas videbit crastina.

Nam Solem ipsum cuncta videre, cuncta audire, cuncta cognoscere morta-
lia arbitrati sunt antiqui, ut Ait Aeschylus in Prometheus;

τοιούτην γνῶσιν καταλαβεῖν τοιούτην γνῶσιν.

Voco

Voco videntem cuncta Solis circulum .

Hunc in curru vehi solicet putarunt antiqui , ut ait Horat. in carmine Sz-
culari ;

Alme Sol curru nitido diem qui
Promis , & exlas .

Huius vero currus magnificentiam & mirabilitatem descriptus Ouid. lib. 2.
Metam. trahebatur vero ab equis quatuor , ut ait Eurip. in Phoenissis ;

αὐτὸν τε τέρπεται οὐδὲ πάντα διελασθεῖται.

εἰδένεται.

Si vel quadrigas Solis & currum intuens .

10

Fuerunt eorum nomina ita & equorum dicta ab Ouid. lib. 2. Metam.

Interea volucres Pyrois , Eous , & Aethon
Solis equi , quartusq; Phlegon hinnitibus auraz
Flammiferis implent .

His quadrigis aureis habenat habentibus moderari putabatur , & lucis , vi-
tæque Quæstor vocatus est a Proculo Lycio , clauiumq; rerum humanarum
governator , ut pater ex his carminibus ;

αὐτὸν τε τέρπεται οὐδὲ πάντα διελασθεῖται.

κλεῖται φένε τερπια , θερπιαί οὐδὲ πάντα διελασθεῖται.

αὐτὸν τε τέρπεται οὐδὲ πάντα διελασθεῖται.

Audi flamarum Titan Rex , qui aurea equorum
Lora tenes , lucis Quæstor , vitæq; orientum

20

Claues fontis habes , dominaris & omnibus unus .

Hunc crediderunt antiqui currum mergere in Oceano , ut ait Virgilius in
tertio Georg.

Tum Sol pallentes haud unquam discutit umbras ;
Nec cum vestus equis alcum petat æthera ; nec cum
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum .

Alii non mergi quidem solem in Oceanū crediderunt , sed in poculo nauiga-
re , quod & Stefichorus , & Antimachus , & antiquorum plures crediderunt .

30

Verum dixerunt nonnulli vulcanum thorum fabricasse Soli ita profun-
dum ex auro , ut in eo per noctem , cum ad Oceanum defessus diurno labo-
re itineris peruenisset , vel dormiens nauigare posset ad Orientē . Ibi currus
illi ex parte altabar , quem ascendens coelum consenderet , quod faciebat
quotidie ; quam opinionem fecutus est Mimermus , ut est apud Athenē , quæ
carmina nos olim ita latina fecimus ;

Longa laborantem Solem lux prospicitilli
Noscitur & lucis tempore nulla quies .

Nec cessatur equis postquam Pallantias orta
In mare purpureis altra fugauit equis .

40

Fluctibus at lectus fere hunc Vulcanius ; illum
Vulcanus manibus fecerat ipse suis ,

Ex auro , celerem , pelagi per summa volantem .

Sopitusq; locis fertur ab Hesperidum ,

Donec ad Actiopas veniat . firmatur equorum

Currus , dum redat Memnonis alma patens .

Tunc alios scandit currus Hyperion natus .

Fuerunt etiam qui putarint ubi ad Orientem Sol peruenisset , currum illi ab
Horis

Mythologiae

Horis paratum, at nō sua spōte assistere, cum ille sub iugum equos solis veniente Aurora adducerent. Home. lib. 4. Odyss. duos tantum Solis equos numerauit, Lampum scilicet, & Phaethontem, qui diem & Aurorā portarent hoc pacto;

ποτε δὲ μετ' αὐτῷ χρήσθην, εἴ τι ταῦτα
τίνειν ἀνέτικα φέντε πάντας φέρειν
λέγεται τοῖς φύσεσι, εἴ τι ταῦτα σώματα.

Auroram fluctibus inde

10.

Rursus ab Oceanī traxit, nec passa iugales
Iungere equos celestes, portantes lumina cibis.

Ceruice Aurora Lampum & Phaethontia trahentes.

Alii tamen his Erythræum & Aethonem addiderunt. Alii parua lumina in oriente quotidie coire putabant, quæ ad noctem usque perdurarent, & circumdata paulatim vesperi extinguerentur, easq; flamas solem orientem esse crediderunt, ut scripsit Lucretius lib. 2.

Aut quia conueniunt ignes, & semina multa
Conflueat ardoris confluunt tempore certo:
Quæ faciunt solis noua semper lumina gigni.
Quod genus Idæis fama est in montibus altis
Dispersos ignes orienti lumine cerni.

20.

Cum vero Sol lumen, extensis syderibus lumen impatiat, merito syderum dominus & moderator fuit appellatus: quem etiam quod autor sit generationis dum per obliquum circulum percurrit, Deum putarunt antiqui, ut ait Euripides in Oretta;

εἰ τοῦ πυρὸς; φύγει πέρης δια
Τις δὲ δύο τοι ταῦτα πειτα;
Et qui tacebo? lumen haud nobis Dei
Licet misellis amplius quod cernere?

30.

Idcirco Lybiæ populi quod manifesta solis & lunæ beneficia in humanum genus intuerentur de Diis reliquis minime erant solliciti, cum Soli & Lunæ sacrificarent, ut ait Herodotus in Melpomene; οὐδεὶς δέ λέγει τοις μητροῖς τέρτιον πόνον, οὐδὲ δύον, Sacrificabant Soli & Lunæ solis, quibus omnes Libyæ populi solent immolare. Fabulati sunt Solem habuisse propria boum armenta & oviū greges, quos Horæ & Nymphæ illæ custodiebant, quas recensuit ita Home, pascere in Thrinacia lib. 4. Odyss.

Οραντες δὲ τὸν εργάσιν, οὐδεὶς μηλλει
Βίσσας διδίδειν, τοιούτου μηλλει.
Οὐδὲ δοῦς διδίδει, τοιούτου μηλλει.
Διερέσσεται τὸν τάπα, γένεται δὲ γινεται μηλλει,
Μηλλει φεύγειν, διερέσσεται οὐδὲ
Νικοπολισθεντι φεύγειν, Αριστοντι,
δε τοῦ εχειού επιποτε διε θεασε.

40.

Insula Thrinacia est, quo peruenies; ubi Solis
Permulte pascuntur oves, armenta boum eti.
Balantumq; greges sunt septem, armenta boum tot.
Quinquaginta tenent nam singula - nascitur ex his
Nil, nec obit; pascuntq; Deæ præpinguis herbis,
Formosæ Nymphæ, Phæthusa q; Lampetieq;:

Quas

Quis Hyperionidæ peperit divina Neæra.

Hæc armenta non procul à Tænaro fuisse scribit Homer. in hymno in Apollinem. Memorix prodidit Herodotus in Calliope in Apollonia, quæ regio est in sinu maris Ionii, oues fuisse sacras Solis, quæ per diem secundum eum fluuium pascerentur, qui è Lacrone Apolloniz monte apud Oricum portum olim vocatum in mare defluebat: has per noctem qui diuiriis & nobilitate inter illos præstant singuli per anni spatium seruare domi soliti fuerunt. Pascebantur boues etiam Deorum communes in Pieriis montibus, de quibus ita scriptit Homerus in hymno in mercurium;

αὐτῷ εἰ ἐρεῖ

10

ποιησίας δόκαιον θεού τρέψει τε.

Γένεται μακριάνθεια παλαιότερον αλλαγής γένεσις.

Βασικόποιντα λαμπράτα παραπομπής γένεσις.

nymphæ sed Atlantide natus

Pieriz montes adiut, lucosq; virentes.

Huc ubi habere boues soliti stabula alta Deorum

Aeternæ; assuetæq; iugis, pratisque decoris.

Multi fuisse Solis filii commemorantur, quos è diueris mulieribus & Nymphis suscepit. Nam è Clymene genuit Phæthontem: è Neæra Lampetien & Phæthusam, & Paliphæten dicitur suscepisse. Augeam è Calypso, è Persa Circeam, Aloëum, & Aeetam, & Themim sive Ichneam. At Eumelus Corinthius historicus poeta Aloëum & Aeetam Solis & Antioipes filios putauit, cum ita scripserit;

ΔΑΛΙΣ οὐτοῦ αἴτεταις οὐτοῦ Δαλιού οὐτοῦ
Δαλιού τοῦ οὐτοῦ οὐτοῦ οὐτοῦ οὐτοῦ.
Δαλιού οὐτοῦ οὐτοῦ οὐτοῦ οὐτοῦ.

30

Natus ubi Aeeta est, simul & præclarus Aloëus,

Solis & Antioipes nati: hic Hyperionis alto

Sanguine progenitus pueris sua regna duobus

Celsit; Aiopus & hoc diuino cessit Aloëi,

Quod tulus. hoc Ephyresiq; Aeetæ præbuit omne:

Hoc Buno seruare lubens Aeeta reliquit;

Donec vir factus post tempora certa rediret.

Fabulati sunt nonnulli Venerei a sole fuisse compressam, in Rhodo insulæ, Rhodumq; peperisse, quo tempore aurum pluit, atq; inde datum fuit nome insulæ. De illa ita meminit Pindarus in Olympis;

40

τοιούτης

Ερινεις οὐτοῦ οὐτοῦ

Δαλιού τοῦ οὐτοῦ οὐτοῦ.

εχορεαμ

Hymno laudans filiam Veneris

Solisq; Nympham Rhodum.

Filius fuit eius & Macareus, Tenagus, Triopes, Ochimus, Actis, Cereaphus, alias Phæthon è Prote filia Neæti illi natus est, Aegle, Hemithæa, Dio-

Mythologiae

Dioxippe, Dirce, Miletus, Horz, Angeronia, Sterope, Egialus, & alii complures. Atque de maribus nonnullorum dissentient scriptores, sed hoc nihil attinet ad rem propositam dijudicare. Mos fuit ut Soli equos immolaretur, ut ait Ouid. in Fastis, ubi etiam solem Hyperionem nominat;

Placat equo Perses radiis Hyperiona cinctum,

Ne detur celeri victimae tarda Deo.

At Home. lib. ., Iliad. Ioui & Soli a prum immolari dixit in his versibus;

quibus dicitur quod a deo & per nos impetratur a deo.

nam per deum natus est a deo.

At mihi Taltybius in castris præparet a prum,

Quem mactare Ioui par est, Soliq; superno.

Hoc etiam sacratus putabatur gallus gallinaceus, ut ait Pauf. in prioribus Eliacis, quia solis redditum cantu nuntiat. At nunc fabulosa summatim explicemus. Solem Thiz filium illa de causa putarunt, quod omnia bona à diuina natura procedunt: nam Thiz diuinam significat. huic parrem addiderrunt Hyperionem, quia per omnia corpora superiora diuina prouidētia transmittitur. Cum igitur *inclusus* supereuntem significeret, sitq; nomen solis adiunctum, ut ait Home. lib. ., Odyss.

si vera sit origine dictio *Thiz*.

Qui boues Hyperionis Solis ederunt.

Merito Sol illius filius existimabatur, siue sit diuina prouidētia, siue superna illa coelestia corpora, quæ perpetuus motibus agitantur, per Hyperionem intelligamus. Alii Solis ipsius naturam respicientes matrem Euryphaesiam illi tribuerunt: quippe cum *sup:* latus, *sup:* splendor sit ac lumen, *in:* omnium astrorum clarissimè & latissimè luceat. Dicitus est Sol aduersus Titanes Iouis partibus fauisse, quare coronam, & currum, & alias honoris insignia est consecutus, quia viti boni, quibus est diuinitas ingenii, magis faciunt veritati & iustitiae, quam diuinitis per sceleris, vel dolos, vel crudelitatem comparandis. Est enim sapientia & xequitatis autor in ortu mortalium dominans Solis planeta: qui etiam non mediocres opes & honores mortaliibus largitur. Nam idcirco ut argentum Lunæ, Marti ferrum, Saturno plumbum, Ioui electrum, Mercurio stannum, Venetiæ, sic aurum Soli tribuitur. ut igitur nemo impune denique aduersus xequitatem insurget, sic nullus vir bonus infelix diu esse potest. Hunc in curru vehi solitum fixerunt antiqui, quoniam non facile percipiebant, illa que essent à sensibus remota, nisi per ea que cadebant sub sensum. Idcirco multæ de colorum motibus apud antiquos natæ sunt controversiae, cum alii singulis globis coelestibus proprias animas tribuerent, quæ illos circumvoluerent, alii vnam esse satias omnibus globis putarent, alii singulis syderibus suas addiderint, atque alii rursus assidue cœlum circa terram conuolui sentirent, alii cœlum confistere ac terram in circulum circumferri. Atqui nomina ipsorum equorum Solis quid aliud significant, nisi vel ignem vel lucem? Pyrois enim flammatus, Aethon ardens, Phlegon vrens, quæ ficta sunt ex illorum sententia, qui stellas igneas esse voluerunt: Eous autem matutinus est, quas omnes facultates Soli attribuunt. Atque cum Sol occidens in undas illabi, exoriens ex undis emergere videatur, neque facile vulgus intelligeret, Solen vbjque tantundem absesse à medio illum fixerunt in lecto à Vulcano factio natare; qui cū expertus ad litus orientis applicuisse, currum illi esse paratum ab Ho-

ris dixerunt, quæ temporum omnium ministri sunt & cellaræ. Cum vero lux Aurora sit ante Solis ortum, idem Solis equi dicitur portare Auroram. Sol syderum dominus, & lucis, viresq; mortalium questor habitus est, quoniam autor est luminis exteris stellis. & pro illius cursu cuncta vigent animæcia. Hic idem morborum, & salutis omnium, & frugum, & rerum copiæ est autor. & temporum moderator, & Deus habitus, ob infinita propæ in omnes beneficia. Hic igitur cum solus tanto sit autoritatis inter omnia quæ videntur, perpetuoque motu agitur. Deus ab antiquis primus fuit creditus. Huius filii nihil aliud sunt, quam radiorum in corpora naturalia agentium vires, ut patet ex ipsorum nominum interpretatione. nam & Paphæ omnibus lucens, & Phæthus ardens, & Lampetie splendens, & Augæas splendidus est, & Hemithea semidea & propæ divina, & Heliades Solis vires, & reliqua nomina sunt his similia. at de Sole satis, nunc dicendum est de Pale.

10

De Pale.

Cap. XVIII.

Pales pastorum Dea credita, ita vocata est à nonnullis, cum tamen alijs magna mater, aut Vesta vocaretur. In huius honorem Palilia celebra-
bantur, quæ solennitas erat pastorum; nam palearum accensi acerui cer-
to ordine in loco piano collocabantur, quos transfiliebant pastores saltan-
do, ut ait Ouid. lib. 4. Pastorum;

20

Moxque per ardentes stipulæ crepitantis aceruos
Trajicias celeri strenua membra pede.

De Ariosto.

Cap. XIX.

Aristeus Apollinis & Cyrenæ filius fuisse dicitur, ut testatur Virg. lib.
4. Georg. in his;

30

Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes; quid me præclaræ Hirpe Deorum,
Si modo, quem memoras, pater est Tymbræus Apollo,
Inuisum fatis genuisti?

Apollonius autem libro secundo Argonauticorum commemorat etiam quo pacto Phœbus in amorem Cyrenæ inciderit, cum illa pecudes ad ripas Penei fluminis custodiret in his;

40

Σεβομένης τοι θεού προσεπλήσσεται
Μήδε εἶπεν παρεπειποτείς μηδέ πάστος. οὐδὲ πότε
Βαρύτερος καὶ λυγῆς ἀσπετος. αὐτοῖς Λειχαλοι
Τιλος' αἰρετακουσινοροφοῖς μηδεποτε
Ταῦτα διπίνει, χλιδεις παραστάθεις μηδεποτε,
Αἱ νησιδιαὶ μεταπέτειας πορέσσονται αἴσια.
Εἴδεις Αγριαὶ τινα φύλη, οι κατέλιπει
Αἴρεις τοι στάστη.
Fama est Cyrenæ Penei ad fluminis undam
Egitte pastum pecudes; xterna placebat
Virginitas, callusque thorax cui, fertur Apollo
Hanc rapuisse graui percusus vulnere amoris:

Tt Quam